

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 3207

**Autre(s) référence(s) :** ARTEM 2731

**Auteur(s) :** Guillaume, Paris (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1098

**Lieu d'émission :** Paris, Notre-Dame

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume, évêque de Paris, fait don de l'autel du Pecq, réserve faite des droits ordinaires de l'évêque.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 16 H 363.

### Éditions principales

a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 48, p. 103-104.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir LOT, p. 103, n. 2.

Texte établi d'après a

IN NOMINE PATRIS ET [FILII] ET SPIRITUS SANTI. AMEN. Quicumque ad celsitudinem celestis patrie nititur ascensum preparare, sciat alarum trium remigio taliter posse superare, videlicet fide cui caritas sociatur, caritate ex qua misericordia generetur, misericordia qua inopia releuetur : horum etenim scala trium graduum attingit a terris ad celi palatium. Qui[cumque car]et his alis, uirtutum non habet unde uolet ad regnum celorum. Sciendum est tamen [quia exce]llentior est caritatis, fructuosa misericordia. Quod apostolus testatur, qui caritatem ipse fidelibus... uid « uobis excellentiorem uiam demonstro ». Nulla quippe Deo acceptabilior est host[ia] quam Deo seruitentibus fa[cere] misericordiam in eorum indulgentia. Unde scriptum est : « misericordiam uolo et non sacrificium ». Item aliter : « Superexaltat autem misericordia iudicium ». Hoc etiam in euangelio declaratur aperte, ipso Domino fidelibus dicente : « date elemosinam et ecce omnia munda sunt uobis ». Igitur ego Willelmus, Dei gratia Parisiensis episcopus, tantis auctoritatum rationibus animatus, notum uolo fieri cunctis Dei fidelibus quod quidam fratres adierunt nos, comitatis nostris quibusdam familiaribus, qui petierunt a nobis... liarum supplicationibus orationum, quatinus concederemus cenobio sancti Wandregisili ad sustentationem [eor]um altare uille que dicitur Alpecum. Quorum petitioni non [r]efra[ga]ti sumus, sed pietatis studi[o] uoluntati eorum ad[sensum ?] adhibuimus. Itaque, consilio et assensu Stephani archidiaconi et [c]lericorum nostrorum, supradictum altare cenobio supradicto concessimus in perpetuo possidendum. Retinuimus tamen ... circadam, sinodum et

deb[ite] subiectionis obsequium. Quod ne uento possit obliuionis auferri litt ... die mancipandum duximus memorie commendari. Et ne ualeat infringi a nostris successoribus, signa nostra [apposu]imus et propri[is m]anibus tangendo corroborauimus.

S. Willelmi episcopi, S. Fulconis decani, S. Galerani precentoris, S. [Wlg]rini [archidiacono]ni, S. [S]tephani archidiaconi, S. Rainaldi archidiaconi, S. Ronberti sacerdotis, S. Goderanni sacerdotis, S. Rogeri sacerdotis, S. Anscheri leuite, S. Alberici leuite, S. Landonis leuite, S... efru ... subdiaconi, S. Teduini subdiaconi, S. Ad... subdiaconi, S. Lisiardi pueri, S. Petri pueri, S. Godefridi pueri.

Actum Parisius, in capitulo Sancte Marie, anno ab incarn[at]ione [millesimo] XCII, regnante Phylippo rege anno XXXVIII., episcopatus Willelmi episcopi anno III., indictione VI, epacta XV., concurrentibus III. RICARDUS EGO CANCELLARIUS scripsi. Huius rei testes sunt, ex parte Sancti Wandregisili : Hisenbardus abbas sancti Germani, Ambrosius prior Sancti Wandregisili, S...onaus, Andreas, Haenricus, Angelbertus, Vdo, Har...ierus, C... t...us. Actum tempore Giraldi abbatis Sancti Wandregisili.